

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XVI. David mortem Saulis deplorat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

IV. Quisquis igitur Dei providentiam agnoscit, & A  
Deo fidelis, huic revera difficile non est suam divinæ vo-  
luntati adiungere, ut in eo suavissimè acquiescar, quod  
Dei nra confiliōque geritur: inde nullas effundit su-  
per eis, qui per ulla infortunia querelas, sed quidquid contigerit  
Dei provi: animo ad tranquillitatem composito excipiet, & quā-  
cereros mortalium molestiarū lachrymisque turbare so-  
gnos & lent, ille approbat. David in hoc genere eximus, di-  
vine voluntati obsequientissimus, approbat in omni-  
bus Dei consilio, dicebat Saul: si Dominus incitat te ad  
versum me, odoreturn sacrificium. Non ignoro te vite meæ  
indiciari, nec simplici tanquam vice fatale in me telum  
torsisse. Si hac Dei sit voluntas, en habes me victimam;  
paratissimus sum duci, mactari, comburi. Nos omnes,  
o Christiani, victimæ sumus; si Deus in nos immittat  
lanionem, obre etatorem, ænulum vexatorem, tyrannum,  
direptorem, hostem inenfussum. Quod Paulus  
his impenitissime commendans: Obsecro ita fac  
tres, inquit, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ve-  
stra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile  
obsequium vestrum. In lege priscâ præcipiens Deus: Of-  
feres, inquit, torum arietem incensum super altare; oblatio est  
Domino, odor suavissimus victimæ Domini. Voluntas hu-  
mana est aries ille imponendus ut victimæ; subjec-  
tus ignis è providentia divina notitia, & in Dñm  
grandi fiducia. Hoc, oblatio est Domino, odor suavissi-  
mus. Nil sane acceptius offerre Deo possimus; quam  
nostram ipsi voluntatem, quæ tunc demum gratissima  
est victimæ, si se divina quam arctissimè conjunxerit.  
Idem cum Deo velle, suprema inter mortales felici-  
tas est.

## C A P V T X VI.

## David mortem Saulis deplorat.

POST Amalecitas usque ad internectionem casus,  
post recuperatam omnem pradam, nuntius est  
Gelboanis montibus pervolavit in Siceleg, acisæ veste,  
caput cinere sparsus, toto habitu luctum pœse ferens,  
ut primo statim occurru sciri potuerit. Nil fausti nani-  
tiandum. Hunc interrogans David: Vnde venis, inquit,  
nihilque ex illis locis grati rumoris adfers? At cursor  
sine ambagiis: E castris, inquit, ad volo, è populo  
Hebreæ multi cæsi, plurimi fugati, Saul & Jonathas  
occubuerunt. Saul quidem, cum ego cœsu in montem  
Gelboë venissem, in hastam suam incumbens, ubi vi-  
cinos hostes vidit, miserabilis me prece compellans: Ac-  
cede, ait, & cum morte luctantem interfice, ne ludibri  
fiam hostibus. Quando igitur ei amplius vivere  
non licebat, parui, & mortuo hoc diadema, & armil-  
lam hanc deraxi, atque huc Domino meo attuli regia  
mortis argumentum. Hoc miseri simplicitas in suum  
narravit exitium. Nam David Hebreo ritu vestem la-  
cerans, fatique alieno illachrymans, & ad nuntium  
conversus: Quomodo ausus es, inquit, regem, Christum  
Domini interficer? Mox uni sacellum jubens; Hunc,  
inquit, interfice. Ita in conspectu Davidis interfecitus  
est infelix nuntius. His miseriis premissis, ardore tan-  
to luctum funebrem exorsus est David, perinde si pa-  
re & hosti charissimos, aut amicos fidelissimos  
amississe. Ita hosti infensissimo parentav. Mi Deus!  
quam mirabilia sunt consilia tua! Repente mutar aea!  
momento vertitur mare. Rex Hebraeus Saul, unà cum  
filii uno in prælio vitam, regnum, famam, celum, om-  
nia perdit: David tot annis jam exul, paullò ante fer-  
lapidatus, domum redit in triumpho, nihilominus seip-  
sum vicit, & propter occisum hostem serio luxit, de  
quo jam differendum. Argumenta luctus quinque edidit,  
& unà incomparabilem suam mansuetudinem Da-  
vid proposita orbi. Summa igitur hujus capituli est:  
David obitum Saulis deplorat.

**B**eatius Ambrosius nec mirari satis nec deprædicare  
potest hanc Davidis maximam mansuetudinem,  
quimortem regis ingratisimi tam serio deflevit luctu.  
Improbissimum Saul tot annis dies nocteque, tam va-  
riis insidiis fidissimi famuli vitam appetiit: inde coactus **Quinque**  
fuerat in silvis, montibus & speluncis habitare, inq. **argumenta**  
Judeæ finibus excedere, in hostiles terras emigrare, ob  
luctus Davidis continuam insestationem Saulis, quem tamen in in-  
fausto, ut merebatur prælio, cecidisse, animo doluit:  
doloris signa hæc dedit.

I. Mors suæ gentis vestem concidit, quod in ma-  
gno luctu amabat fieri. Nemo audiit Davidem dicere:  
Deo bene juvante, vir illi nequam interire, euge, opti-  
mè factum. Hanc necem millies est meritis. Agnovit  
quidem David divinam providentiam, iusta Dei judi-  
cia, celestem vindictam, non tamen ea de re sibi ap-  
Nausit, nec gratulator est sibi ipse sui hostis interitum.

II. Flevit, & alios ad fletum commovit: sunt qui-  
2. Ejus fle-  
tum & gaudiiorum lacrymarum, sed hic revera flos erant.  
Cogitaverat utique David, non sine imago animi sen-  
su & miseratione: Eheu, rex miserrimus æternitatem  
adit, peccatis cooperatus ab infastâ morte ad mor-  
tem æternam transit, suismet flagitiis in mortuus. Hinc  
mitissimus David, si potuisset, ad vitam revocasset,  
vel hunc hostem suum.

III. Jejunia init. Plorauerunt, fleverunt, & jejunaverunt 3. Jejunium  
usque ad vesperam, super Saul, & super Ionatham filium 2. Reg. c. 1.  
eius. Ævo priscorum Parrum hoc tale jejunium serva-  
baritur, ut ad cœnam usque ciborum abstinentia profer-  
retur; confuetudinem mutavit tempus.

IV. Epicedium seu carmen lugubre composuit 4. Carmen  
nè artificiosum, cui epilogum hunc attexuit: Quomodo  
ceciderunt fortis in prælio? Olo super te, frater mi ionatha-  
tha, decorè nimis & amabilis super amorem mulierum. Sic-  
ut mater unicum amat filium; ita ego te diligebam. Quomo-  
do ceciderunt fortis, & perierunt arma bellata? Poësis sub-  
inde versus intercalares miscet. Ita Catullus in Pelei &  
Theridis epithalamio:

Currite ducentes subtegmina, currite fusi.  
Et ad Manlium: Quidam frater adempte mili  
Idem divisius Psaltes obseruavit psalmo centesimo  
sesto, in quo sepius reperit intercalarem hunc versum:  
Confiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus si-  
lis hominum. Ita & lessum hunc mortalem diffinxit hoc  
versu: Quomodo ceciderunt fortis in prælio?

V. Cladis nuntium occidi jussit rex David, idque 5. Nunti  
non injuria. Putavit hic nuntius, euangelia sibi red-  
cendas lauta, & caput perdidit. Et videte, quām æqua In qua ap-  
denda laeta, & caput perdidit. Et videte, quām æqua In qua ap-  
fuit Dei iudicia, & quām Deus nil criminis dimittat patet &  
impunitum. Ut regis Davidis gratiam examibiret, Sati-  
leum à se interfecitum mentitus est. Profectò bene sibi iudicia.  
coheracit locutus non est. Ita capite luit mendacium, Primo.  
D qui suo se testimonio perevit. Deinde quia Amalecita Secundo,  
erat, pridem interficiens fuerat. Tertio Sauli hoc Tertiò,  
tale roga: si parere non debuisset, uti febrenti, quam-  
vis anxie petenti, frigida non adferenda. Namque à Saulis  
morte licuit Davidi regia potestate uti, in reum pu-  
blicè confitemet ferro animadvertere. Ita Saulis obi-  
tus Davidi neutiquam bonus & voluptabilis fuit nunti-  
tus, non euangelium mori fuit.

Ah! quām longè absumus ab hac tali mansuetudine  
ac benignitate in hostes! Sunt plurimi, non dubitem,  
et si cetera parum liberales, et si minimè opulent, aut  
certè deparci, si tamen audirent sibi nunciari, hostem  
suum à Deo puniunt, publicè cœsum, exiamiam au-  
reorum summam, statim expedita hilarique manu nu-  
merarent, aut brevi numerandum promitterent. Sunt  
quippe non pauci, tam vindictæ cupidi, facile milie  
philippes effunderent, dummodo licet inimici pla-

gis aut injuriis satiari. Henc, quale desiderium, qualis fitis, quam nec Christi sanguis, pro inimicis etiam fuis fatis restinxerit. Rex David Christi patientis, totque Christianorum. Magistrorum exempla ad imitationem nondum habuit, & tamen tam mitis & benignus in hostes fuit. Miratus hoc Bernardus: *Quid David mansuetus?* inquit, *qui ita morte lugebat, qui suam semper stiebat.* *Quid benignus,* quam ut eus moleste ferret *cessum,* qui suco debat *in regnum.* Ille dixit: Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Verè ole misericordie unctus est. Amicis pariter & inimicis, sapientibus & insipientibus debitores sumus, utiles omnibus, humiles in omnibus.

Bernardus  
in Cant.

*Ps. 131. v. 7.*

Nobile a-  
moris Da-  
vidis in  
hostes cō-  
pendium.  
*Reg. c. 1.*  
vers. 14.

*Matth. c. 5.*

*Ad Hebr.*  
*c. 12. v. 2.*

Pro pecu-  
niā in stipē-  
datā se  
Christus  
sponsorem  
exhibet.  
*Matth. c. 25.*  
vers. 40.

*Luc. c. 10.*  
vers. 16.

Exemplū.

In injuriis  
& obre-  
ctionibus Chri-  
stus spe-  
ctandus.

gis aut injuriis satiari. Henc, quale desiderium, qualis fitis, quam nec Christi sanguis, pro inimicis etiam fuis fatis restinxerit. Rex David Christi patientis, totque Christianorum. Magistrorum exempla ad imitationem nondum habuit, & tamen tam mitis & benignus in hostes fuit. Miratus hoc Bernardus: *Quid David mansuetus?* inquit, *qui ita morte lugebat, qui suam semper stiebat.* *Quid benignus,* quam ut eus moleste ferret *cessum,* qui suco debat *in regnum.* Ille dixit: Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Verè ole misericordie unctus est. Amicis pariter & inimicis, sapientibus & insipientibus debitores sumus, utiles omnibus, humiles in omnibus.

Videtur hic David in exercendo amore hostium, nobile monstrasse compendium, cum Amalecites dicteret: *Quare non timuisti mattere manum tuam, ut occides Christum domini?* Saulen non ut hominem mortarium, sed ut unctum à Deo regem respicere debuisses.

Idem nobis in plurimis facilitandum: Non rem, non hostes, non nosipos, non illatum damnum tam anxie contemnemus, sed Christum Dominum, qui & hostes amari imperans: *Ego autem, inquit, dico vobis:* *Dilecite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Quid portò præmij promittis Christe? *Per filii Patris vestri, qui in calce est.* Actum est Christiane, si injuriam attendas, inimicum respicias, damnum expendas, Christum aspice ultrem, judicem, remuneratorem. Paulus patientiam persuasurus, in cunctum hunc Christum intendens digitum: *Afficientes, inquit, in auctorem fiduci & consummatorem Iesu Christi.* Augustinus Pollenium erudiens docet, fidem non tantum esse necessariam, ut credamus supernaturalia, sed ut ea etiam, que in Christi lege videatur infuavia, alptra, difficultia, fiant jucunda, levia, facile. Si ei difficile, qui per fidem Christum intuetur malorum vindicem, bonorum munerationum.

Noverat Christus nos insigniter avaros, nil facilere alteri, nisi spelucent. Ut igitur pecuniam a nobis extorqueret in stipem, seipsum nobis propositi fide aspiciendum, vadem & sponsorem se dedit, damnum omne in se suscepit hac certissimā cautione: *Quamdiu unius ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.* Eadem ratione Christus Dominus & magistratus nos obsequi jubens, seipsum statuit intuendum, hac omnino lege: *Qui vos audit, me audit: qui vos querit, me querit.* Ita homini parremus, quem ceteroqui speraremus. Exemplo, quod dicimus, demonstramus. Est in Austria vetigalum redemptor, vir acerbi faci, turbidus & iracundus, alterator, insolens, fremebundus in omnibus. Quisquis modestus amans huic vetigal pendit, id secum cogitat: Non tibi, sed Cæsari. Tibi quidem, nec oboli patrem pensitare, sed quia Cæsar nomine portorum exercit, do quod exigis: Ita nos in omnibus aspiciens Christum, dicamus: Non tibi, sed Christo. Vider quis inimicum & expallet, & infender: oculos ergo in Christo figura, dicarque animo: Non tibi, sed Christo gratiam culpa facio. Vider quis mendiculum ulceratum, fame confectum, centunculus male teatum, primo hoc aspectu satur est; sed fide aspiciat Christum, qui omnem in eogeno beneficentiam liberalissime remunerabit, mox utique dabit manu. Atque hoc est, quod ingerit & urget David: *Non timuisti mittere manum in Christum Domini?* Non tibi homo caducus, rex impius, atrox tyrannus, sed Christus Domini fuerat aspiciendum. His sane fidei oculis non adversarius, non obrectator, non inimicus, non rerum adverbarum impetus est spectandus, sed Christus Dominus. Nos profundi, sed pessimi scrutatores offensarum initia, odiorum radices, injuriarum damna investigamus in nostrum exitium. O vanil quid nostra ipsi mala arcessimus? Christum attendamus, ea de se certissimi, amo-

A rem quem inimico propter Christum impendimus, ipsi impendi Christo. In hunc modum Ambrosius illud divini carminis expoñit: *Pone me ut signaculum super cor Cant. 1. tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Qui enim ad vers. 6, metat signumque jaculantur, oculos & manus ad illud ipsum signum collineant, ad quod sagitas. Cælestis Christus suis sponsis duo exigit: Dilectionem & beneficentiam in hostem: Cor dilectionem, beneficentiam manus suppeditat. Ut neutrum desit, *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Ne defigas oculos in inimicum, in ejus atrocia dicta, scelerata facta, ne tuas ipse miserias curiosius rimeris; animum oculisque in me ut signum collineat, à me dilectionem recipies & beneficentias.

Ephelios Paulus ad ponendam omnem iram promourus, rationes ac colligens: *Omnis amaritudo, inquit, v. 31. & 32. & ira, & inquietatio, & clamor, & blasphemia tollatur à Omnes malitia.* Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi. Principio ejactam est peccato vult Paulus omnem amaritudinem, hæc enim, ut Thomas Aquinas loquitor, radix prima est tot malorum fructuum. Oritur autem illa ex consideratione offensæ: porro ex amaritudine consurgit ira, ex hac appetitus vindictæ, inde indignatio responsum omnem excusationem, ex indignatione nascuntur clamores, hinc sermones pessimi. Videat ut Varia sequatur Vibiam. Hic Paulus imperans: Tollerant, Et quo inquit, à vobis hæc omnia. Qui fieri possit? Donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Dei hostes eramus omnes, nec quidquam in nobis fuerat, quod Deum flecteret ad veniam. Ita Dei filius seipsum pro reis substituit, hæc Pater iras remisit, non tot reorum capita attendens, sed insontem filium. Deus in Christo donavit nobis: nos in Christo donemus quibuscumque offendentibus.

In Claræ-Valle, ut memorant, homo religiosus Paradigm fuit mira mansuetudinis, qui nunquam iratus, impatiens nunquam est visus. Hic eam ipse legem fixerat, ut pro omnibus illis, à quibuscumque demum offenderetur, saltem Dominicam orationem recitaret, si non vacaret prolixius precari. Exemplo tam religioso permoti plures, idem facturos statuerunt, & ita lex etiamnum hodie illic perleverat. Sed cum hic ipse negotium templi curaturus peregrinetur, nemus transiit, in quo prædones & equum ei & omnes sarcinas rapuerunt. Ille more suo, oculos, id jam doctos, in Christum erigens, submissis genibus precari capitur pro suis predatoribus. Dum orat, unus aliquis eorum curiosior reddit visitum, quid iret monachus. Cùm autem observaret in preces fusum, rediens ad socios: O socij, monstrum homini vidi: homo hæc injurias precibus remetitur. Verendum ne diabolus nobis grande malum creet per illum; vir ex ase probus videtur; reddamus illi sua. Hic unus, ut oculus suis fidem faceret, redit, & cum lacrymis etiamnum orantem vidit. Mox eti omnia, quæ ablata fuerant, sunt restituta. Gavissus ille plurimum, non tam de rebus receptis, quam de prædonibus mutatis. Dic quo religiosus vir iste mortuus, aliis in remoto cœnobio moribundus, diu à sensibus alienatus, demum ad se rediens narravit illum talem à se vistum inter beatos, eodemque die obiit. Dicta cum tempore examissim cogruerant.

Ita David, ita Numinis amici non offendas, non ini-  
micos, non injurias contemplantur, sed Christum, quem sit apicidus proxi-  
& imitari conantur. Epistetus hac in re optimè philo-  
sophatus: *Vnaquaque res, inquit, duas habet ansas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem.* Si frater injuriam fecerit, que eam non cōprehendit, quā facit injuriam, ea enim quas ansas non habet tolerabilis, sed illam potius esse fratrem, esse una educatum. Sic duas ansas  
comprehendes eum, quā est tolerabilis. Pari modo dixi:  
rim:

rim: Unaquaque res duas habet facies, suavem alteram & jucundam; alteram deformem & horrendam. Si ergo hominem consideraveris ut inimicum, ut obtructorem, ut noxiun, horrenda & deformis facies offendet alicuius oculos: Si verò consideraris, ut humana natura partipicem, Christi sanguine expiatum, cali hæredem, suavis & jucunda tibi facies obtinget. Davidem imitemur, & Christos Domini inveniamur. Non refert, quem aspicias, sed refert quā plurimum, quā facie quem aspicias.

C A P V T X V I I .

*Abnerem David luget occisum.*

**A** SAVLIS obitu David conluit, Dominus migravit in Sicleg in Hebron. Hierusalem arcem Iesu busæ etiamnum tenuerunt. Hebron re. regum est unctus, & promulgatus. Sed adhuc misserrimus rerum status in Hebraæ Republica fuit. Nam duo reges in uno regno, duo capita in uno corpore, duo soles in uno calo male convenienti. Post Saulem mortuum, mox Abner militia princeps filium Saulis Isbosethum per castra circumduxit ut regem, cui tribus Israëlis undecim adhaeruerunt, & ut regi suo in omne obsequium jurarunt. Ita regnum miserè convulsum & laceratum. Ita novis David agitabatur arumnis. Hisc duo viri nobis probiūs noscendi : Davidis Imperator bellicus Joab, cuius & cognatus fuit; Abner Saulis dux castrensis; uteq[ue] manu & consilio prædormens, acer & expensis, strenuus, uteq[ue] in suum dominum severus & rigidus, neuter pius, neuter amans tranquillitatis.

lignis, hec p[ro]p[ter]eas, nec p[ro]p[ter]eas  
Anberis à  
Jobo c[on]ca-  
d[er]it.  
De qua se  
p[ro]p[ter]eas  
David.  
Legatos  
mitte Ja-  
b[er]tus,  
Joabo gemini erant fratres Abisai & Asafe; Asafelem  
Abner quamvis non immertem confudit. Joabus  
fratris necem ulturus, invidiā infuper stimulante, Ab-  
nerem sui regis nomine evocavit, & inopinatum tru-  
cidavit. Cordolum hoc erat Davidi, quis enim illum  
non suspicatus fuisset hujus cardis auctorē? Ut autem  
à se David suspicionem hanc amoliretur, funus Abneri  
nobilissimum instruxit, ipséque eum brevi, sed con-  
cinnā oratione funebri laudavit. Praterē Legatos  
misit Jabeltū, quos amplissime ab eo commendavimus  
quod spretō vitæ discrimine, Saulis & filiorum regia  
cadavera pro Philistheis manibus suspensa occulta v-  
rapuerint ad sepulturam, Deo hoc obsequii genus am-  
plissime remuneraturo. Vide, obsecro, ut David in-  
juriarium omnium immemor suum hostem non ut ho-  
stem, sed ut Christum Domini considerarit, oculos to-  
cladibus turbatos, lacrymis fatigatos, à malis publicis  
reflexos ad Deum exerxit, siu[m]q[ue] voluntatem ac  
divinam quā integrerrimē conformārit, & hostem  
suum Abnerem luxerit. Hæc isto capite prosequenda.

**S**unt qui sanguinem spectare horreant, suum è venâ  
missuri oculos avertant, aut linquente animo defi-  
cient. David sui languinis animosus contemptor He-  
breum regnum fœde disceptum reperit; procerum  
cædes, aliorum proscriptiones, everlastim justitiam, cor-  
ruptam militiam, omnia turbatissima. Sed ille magno  
constantique animo abductus à tot malis oculos ad  
Deum erexit. Hinc illæ toties iterate voces: *Ad te levavi  
oculos meos.* Sed inspicimus brevem ordinem malorum  
1. Exiliuum  
decennale. I. Decennio vitam inopem & vagam postseculum est  
exul, in silvis & spelæis, in montibus & ferarum laribu-  
lis coactus habitare ut fera, idque inter pericula conti-  
nua. Tandem Deus insidiatorum & capitalem hostem  
è medio fulsulit. Sed nondum miseriarum finis. Secuta  
ingens discordia. Duo reges de regno uno litigârunt.  
1. Reg. 6. 3.  
wif. 1. II. Facta est longa concertatio inter domum David, & in-  
ter domum Saulis. Isbosethus Saulis filius jure heredita-  
rio se regem ferebat; David successionem extinxit,

A electionem à Deo institutam opponebat liquidiore ju-  
re. Hæc controversia septem annos cum dimidio te-  
nuit. En Deus opulentia suos, sed præmissa paupertate;  
honorat suos, sed probri prius & maledictis atque  
contumelias insigniter vexatos.

III. Clades à Philisteis illata, cùm Saul filiusque occiderent in acie, nondum obduxit callum, nam fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt.

I V. Eductis utriusque partis milibus dixit Abner  
Joabo : *Surgant pueri, & ludant coram nobis.* Joabo annunte, viginti quatuor, utrimque duodecim, velut ad militare ludicrum progressi decretorii armis conflixerunt, apprehensisque uniusquisque capite comparsis sui, desixit gladium in latus contrarii, & cederunt simul : vocatumque est nomen loci illius *Ager robusterum in Cabaon.* Cruentus & nimium crudelis lusus, qui Davidi non potuit non dispergisse.

2. Reg. t. 1.  
vers. 4.

4. Duel-  
lum factum  
inter mili-  
tias Joabi  
& Abneris.

2. Reg. t. 2.  
vers. 14.

Ibid. v. 16.

V. Micholem Saulis filiam, Davidis conjugem, vob  
ente perfido patre alius uxorem duxit. Ante autem  
violentius & acerbius est divorcium, quanto ardenter  
erat constantiorque amor conjugum.

V I. Mors etiam Asaëlis Davidem percutit. Hanc  
secura est cædes Abneris, quem dolo interfecit Joab,  
& suum in super regem acri acero perfundens: *Quid fe-  
cisti, ait, ecce venit Abner ad te, quare dimisisti eum?* Et abiit,  
& recessit. Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc verit  
ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum  
tuum, & nosset omnia, que agis.

6. Mors  
Asaëlis &  
cædes Ab-  
neris.  
2. Reg. 3.  
v. 24. 25.

VII. Hinc Abneris perfidè cæsi conscius putabatur David; idcirco huic suspicioñi amoliendæ plurimùm laborans: *Mundus ego sum, inquit, & regnum meum apud Deum usque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner, & veniam super caput Iacob, & super omnem dominum patris eius.* Inde ad Joabum ipsum, *Quoniam populum converfus: Scindite, inquit, vestimenta vestra, & accingimini sacris, & plangite ante executa Abner.* Porro rex David sequeba-

cur feretrum, velut patrem, aut matrem, humaturus.  
Cumque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vo-  
cem suam, & flevit super tumulum Abner, flevit autem &  
omnis populus. Plangensque rex, & lugens Abner, ait: Nequa-  
quam ut mors solent ignavi, mortuus est Abner. Manus tue  
ligata non sunt, & pedes tui non sunt compeditus aggravati:  
sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis sic corruxisti. Con-  
geminansque omnis populus flevit super eum. Cumque venisset  
universa multitudine ciborum capere cum David, claræ adhuc die  
juravit David, dicens: Hoc faciat mihi Deus, & hac addat, si  
ante occasionem soli guastaver panem, vel aliud quidquam. At-  
que hujuscemodi mala principium regni infestarunt.  
Tam turbato rerum statu nihilominus David legatio-  
nem mittens ad Jabelitas, eisque plurimum collau-  
dans: Benedicti vos a Domino, inquit, qui fecistis misericor- 2. Reg. c. 2  
diam hanc cum domino vestro Saul, & sepelitis eum. Et nunc v. 5. & 6.  
misericordia quidam Domini misericordiam eis veritatem:

D retriveti vero quidam Dominus impetravit ut etiam  
sed & ego reddam gratiam, ed quod fecisti verbum istud. En  
David Saulum regem & Abnerem castrorum Prae-  
fatum, tot annis capitales hostes, sed illum ut Christum  
Dominum, istum ut ejusdem religionis confortem intuitus,  
in utrumque admirabilem amorem, manutuldi-  
nem incredibilem, argumentis variis exhibuit. Memento, Ps. 131. v. 1.  
O Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus. Idem in ad-  
versis à nobis factitudinem. Nam misericordia nostra, nostri Hostes mi-  
que hostes, non facie illâ, quâ minantur, horrifica, sed ti facie sú-  
câ, quâ præmium spondent mitibus, sunt aspiciendi. In  
Christi vultum defigamus oculos. At nos plerumq; hic  
erramus largissime: quidquid oculorum domi habe-  
mus, ærumnis & hostibus nostris insignis. Et quamvis  
plurimum solatii admovereatur, nos tamen identidem  
hoc respondeamus: Ego autem aliud cerno, aliud expe-  
rior. Hinc labyrinthus noxarum. Siracides commone-  
faciens: Ne festines, inquit, in tempore obductionis. Suffixe Eccl. cap. 2  
suffestationes Dei, & conjungere Deo, & suffixe, ut crescat in v. 2. & 3.

Aaaa navis